



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv  
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

**Ricci, Bartolomeo**

**Mogvntiæ, 1605**

2 De exercitio memoriæ circa Personas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

nis non mox appareat; obliuiscimur enim saepe hodie quod heri legimus, tamē in ipsa Meditatione ex improviso emergit.

*De Exercitio Memoriae circa Personas.*

CAPVT II.

ETIAMSI Philosophi duos actus huic potentiae attribuant, quorum vnum vocāt communi nomine *memoria*, quo homo facile rerum praeteritarum recordatur. alterum verò *remniscencia*, quo difficulter homo, & non nisi longo prius discursu per varia loca & res factō recordatur; nos tamen de vtroq; tanquam de vna re loquemur, ostendendo quomodo seruiat meditationi in tribus supradictis reb. subiectis de quilibet exemplis Dico igitur officium huius facultatis consistere, vt primo recordetur similitium, deinde dissimilitium, ac tertio contrariorum. Inter similia numerare potes prophetias, & figuras veteris testamenti, quas collegit P. VINCENTIVS Brunus per omnes ferē historias Euangelicas in quatuor Meditationum libris.

QVOD ergo ad Personas attinet. vbi expendis in meditatione alicuius Nōmē, vide, num in mentē veniat aliud simile nomē q̄ considerādum sit, eaq; occasione poteris  
alias

alias quoq; illius Personę conditiones conferre cum hac, vti facit s. Bernardus in sermone supra *Missus est*, de nomine Iosephi Dominę nostrę sponso, & altero Patriarchę in Ægypto venditi. *Quis & qualis*, inquit, *homo fuerit beatus. Ioseph coniice & ex vocabulo, quod augmentum nõ dubites interpretari.* Et postea subiungit. *Et memento magni illius quondam Patriarcha in Ægypto venditi, & scito ipsum istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum & gratiam.*

De vsu Memoriae circa Verba.

C A P. III.

**P**ONDERATO aliquo verbo in Meditatione, vide num aliquod extet ei simile, vel dissimile, vt si mediteris in verba illa à Christo in cruce dicta: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* poteris in mentem reuocare illa s. Stephani in Actis Apostolicis: *Domine ne statuas illis hoc peccatum, quæ sunt similia.* Et postea discurrendo inter se conferre, in hunc modum. s. Stephanus bonus fuit discipulus, doctrinamq; magistri sui probè retinuit, ac factis eandem repetiuit. Similiter poteris meminisse illorum dissimi-

Luc. 23.

Act. 7.